~~CLXXXVIII~~

Otto dei et apostolice sedis gratia sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et illi gratiam pro-
mereri qui est omnium verum salus. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit
sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum
multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui semi-
nat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. Cum igitur religiosi viri fratres predicatores in civitate Cremone locum novum
acceperint in quo ad honorem dei beate Marie semper virginis ac beatorum Dominici et Petri martyris ecclesiam et domos alias edificare intendunt
in quibus possint liberi domino famulari et ipsis ad hoc proprie non suppetant facultates cum spretis mundi illecebris elegerint domino famulari in
abiectione voluntarie paupertatis nisi a Christi fidelibus subveniatur eisdem, universitatem vestram rogamus monemus inducimus et exortamur in domino in remissione
vobis peccaminum iniungentes quatenus eis de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata caritatis subsidia conferatis ut per subventio-
nem vestram dictum opus valeat consumari et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis possitis ad eterne felicitatis gaudia per-
venire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia beate Marie semper virginis beatorum Petri et Pauli apostolorum eius nec non beati Ambrosii confessoris
patroni nostri meritis confidentes omnibus vere penitentibus et confessis qui dictis fratribus manum porrexerint adiutricem ad opus predictum et ecclesiam ipsam
in festivitatibus predictorum sanctorum Dominici et Petri martiris debite visitaverint eisdem caritatis suffragium porrigendo xl dies de iniunctis sibi pe-
nitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum Mediolani anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto die xx octobris xiii indictione.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Merbio 3 (188)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1760912689-15/fragment/page=0001
DFG

~~CLXXVIII~~

Otto dei et apostolice sedis gratia sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopus. Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem et illi gratiam pro
meritis qui est omnium vera salus. Cum igitur ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit
sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum
multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat
in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. Cum igitur religiosi viri fratres predicatores in civitate Cremone locum novum
acceperint in quo ad honorem dei, beate Marie semper virginis ac beatorum Dominici et Petri martyris ecclesiam et domos alias edificare inceperint
in quibus possint ubi domino famulari, et ipsis ad hoc opere non suppetunt facultates cum ipsorum [illegible] eligentes domino famulari in
abiectione voluntarie paupertatis nisi Christi fidelium subveniat auxilium. Universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in domino in remissione
vobis peccaminum iniungentes quatenus de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata caritatis subsidia conferatis, ut per subventionem
vestram dictum opus valeat consummari, et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis possitis ad eterne felicitatis gaudia per-
venire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia, beate Marie semper virginis, beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostri beati Ambrosii confessoris
patrocinio meritis confidentes omnibus vere penitentibus et confessis qui dictis fratribus manum porrexerint adiutricem ad opus predictum et ecclesiam ipsam
visitaverint in festivitatibus predictorum sanctorum Dominici et Petri martyris diebus et [illegible] continue singulis diebus xl. dies de iniunctis sibi pe-
nitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum Mediolani, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, die xx. octobris, xiii. indictione.

Merbia 3 (188)

Univ.- u. Landesbibliothek Halle/S.

~~CLXXXVIII~~

Otto dei et apostolice sedis gratia sancte Mediolanensis ecclesie Archiepiscopus universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et illi gratiam pro
mereri qui est omnium verum salus. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit
sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum
multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet et qui semi-
nat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. Cum igitur religiosi viri fratres Predicatores in civitate Cremone locum novum
acceperint in quo ad honorem dei beate Marie semper virginis ac beatorum Dominici et Petri martyris ecclesiam et domos alias edificare intendunt
in quibus possint liberi domino famulari et ipsis ad hoc proprie non suppetant facultates cum spretis mundanis illecebris elegerint domino famulari in
abiectione voluntarie paupertatis nisi a Christi fidelibus subveniatur eisdem, universitatem vestram rogamus monemus inducimus et exortamur in domino in remissione
vobis peccaminum iniungentes quatenus eis de bonis a deo vobis collatis pias elimosinas et grata caritatis subsidia conferatis ut per subventio-
nem vestram dictum opus valeat consumari. et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis possitis ad eterne felicitatis gaudia per-
venire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia beate Marie semper virginis beatorum Petri et Pauli apostolorum eius nec non nostri beati Ambrosii confessoris
precibus atque meritis confidentes omnibus vere penitentibus et confessis qui eisdem fratribus manum porrexerint adiutricem ad opus predictum et ecclesiam ipsam
in festivitatibus predictorum sanctorum Dominici et Petri martiris devote visitaverint eisdem caritatis suffragium porrigendo xl. dies de iniunctis sibi pe-
nitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum Mediolani anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto die xx. octobris xiii. indictione.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Merbio 3 (188)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1760912689-15/fragment/page=0003
DFG